



Epistolæ ex antiquoru m analibus excerptæ.

Universidad de Salamanca. BGH I.193_3



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

AD IOANNEM HISPANIAE ET SI
cilæ principem clarissimū epigráma Lucii ma
rinei sicuti sup una inuenta p̄ciosa Margarita.

Margarita tibi totum quæsita per orbem
Inuenta est princeps & preciosa nimis.
Quæ facile externas præcio pulcherrima gēmas
(Dempta una) & nostras uincere sola potest.
Namq; duæ toto gēmæ sunt orbe repertæ
Precipuæ: regis prima: secunda tua est.
Vincit enim rutilos tua margarita pyropos:
Vincit sardonices lucida gemma nitens:
Inter amethystas nitidas: uiridesq; smaragdos
Plus tua diuini gemma decoris habet.
Artæ micant aliæ: tua sed non arte nec auro.
Iudicet: ipsa sat est pulchra nitore suo.
Hanc quicunq; uident princeps miratur: & aiunt
Hæc fieri nulla pulchrior arte potest.
Vincitur hac adamas: sicula hac superatur achates.
Et quicquid pulchrum maximus orbis habet.
Hanc stupidum gēmam gallum vidisse micantem
Ignoramq; sibi deseruisse ferunt.
Optima (quid mirum) sapientes omnia soli
Cognoscunt: stolidi perniciosa petunt.
Hæc itaq; ignauo princeps incognita gallo
Cognita iudicio est res p̄ciosa tuo.
Causa quod hac tanta tu solus iaspide dignus
Illaq; te tanto principe digna fuit.

IOANNI FERDINANDI HISPANIAE
& siciliæ Regis & helisabes Regine filio princi
pi magnanimo Lucius marineus Siculus .S.D.

Incidi nuper magnanime princeps in breues quasdā
illustrium romanorum epistolas: quæ propter uel sen
tenciarum grauitatē: uel elegantiæ uerborūq; nitorem
ex multis ueterū monumentis atq; analibus collectæ
diligentissime fuerunt. Perlecte mihi quidē digne ui
fæ sunt: quæ abs te sūmo principe legi debeāt, roma
norū enim principū & uerā eloquētiā: & in rebus agē
dis præliisq; gerendis sūmam scienciā atq; virtutē ple
nissime docēt. eas itaq; impressas ad te mitto princeps
amplissime. Non q; te ueterum illorum uel imitatio
ne uel exéplis indigere mihi persuaserim (habes enim
quos in omni uirtute potes imitari tuos ul' altissimos
parentes hispaniæ siciliæq; christianissimos principes
qui uirtutū exéplis & rerum gestarum gloria Cūctos
quidem mortales & veteres & nostri temporis longe
superarunt) Sed quia ueterū illustrium romanorum
presertim facta dictaç; non sine voluptate ac delecta
tione leguntur. lege igitur illorum epistolas clementis
sime princeps: quas non parum tibi voluptatis: & ob
yerborum nitorem sententiarumq; grauitatem allatu
ras cōfirmo. Vale xpianorū omniū spes certissima.

a ii

nostram habeam uolo: ut me amor immēsus moueat
quo erga patriā adficiebar: Cui si auxilium non adfe-
ro mature eius euersionis timeo. Iстic igitur propedi-
em me expecta: maturius enim q̄ speras in italiā ex-
ercitum ducam.

VILLIVS SEMPRONIO.S.P.D.

Si scirem te in italiā aduentum fore meliore animo
quod faciendum esset agerem: sed tuus aduentus an-
ceps mihi est. Quod rei , p. commodius esse uidero ad
id operam dabo. Heri uesperi ad multam noctem no-
stram deuenit demum: Is mihi dixit Calphurnium e
uita discessisse. de cuius genere mortis iudicatu diffi-
cile esse dicebat: Cum e incolumis dormitum iuisset
die: qui illi nocti illuxit mortuus repertus est: Quāpp
ter hic ueneno necatum dicit cū corpus atrocitate ad-
ficeretur: Hic laterum dolore: alias enī eo morbo ad-
fectus fuit: hic aliud: aliud hic refert: mortuum tamen
esse id certissimum constat: sed non sine huius rei pu.
calamitate. Vale,

SEMPRONIVS VILLIO.S.D.

NISI te egreferre nouissem: ut remigiū peterē corne-
lio more gesissem: qui magnopere conatus est: ut eo
accederem: Nō lubens rem facio quā tibi molestā esse
senserō. Proinde quod sāpe consulisti id securus fū:

Diis uero immortalibus gratias ago: qui eā mihi mē-
tē dedere: ut nulla in re tibi aduersus sim: Tuq̄ p tua
humanitate: infinitaq; erga me beniuolētia ad id sem
per me ipulisti: qđ mihi honori reiq; pu. utilitati esse
sentes. Te rogo vt sāpe ad me scribas: idem quoq; ip
se decreui. Vale.

LELIUS GALBAE.S

Si uales bene est: ego quoq; ualeo: cū Scipio tui amā-
tissimus romā petat: nefas esse dicebā dimittere eū me
arū ad te litterarū uacuum redire. Quāq; nihil in præ-
sentiarum ad te scribendum accidit: cuius arbitror te
ignarū esse: Sed ut aliquid mihi detur quod ad te scri-
bā: Postq; hinc habiuisti: legati regii ad me uenere pacē
expetentes: exponentesq; Regiū senatū: Postq; intelle-
xerunt fidem: fortitudinē: temperantiamq; romanō-
rum cæterasq; uirtutes quibus cæteris hominibus an-
tecillūt: malle sub legibus romanorum uiuere: q̄ cæte-
ris gentibus imperare: fuit mihi admodū gratissimū:
iussi ut romam proficiserentur: & quod a senatu de
hac re decerneretur: audirēt. Tu igitur scire poteris cū
istic maneas quid agetur. Vale.

GALBA LELIO.S.

TVE mihi litteræ redditæ fuerūt Fuere ille qdē mihi
gratissime unū solū hoc molestissimū fuit quo audio

a ivi

ab his: qui istinc ad nos se recipiunt tenouo: cecoq; amore impulsu[m] corneliamq; præda populi romani est in uxorem duxisse. Arbitror te leli intuentem fortasse in me aliquas uirtutes esse in meam amiciciā uenisse: sed cum ita id sit audeo tñ id non arroganter dicere: nullam harum uirtutum esse p[er] quam magis glorius fuerim: q[uod] temperantia atq[ue] continentia libidinum: Hanc quoq[ue] te tuis eximiis uirtutibus adiecis se uellim: Non est tanti periculi nostræ ætati ab armatis hostibus: q[uod] a uoluptatibus undiq[ue] circunfusis: qui sua temperancia has frenat: atq[ue] domat: hic maiorem honorem maiorem uictoriā sibi peperit: q[uod] nos qui regno deuicto nostrum hostem uictum in carcerem misimus. Vince igitur & caue ne uno uicio tot bona deformes. Vale

LENTVLVS.S.D.CVRIONI.

Amico suo . Si uales gaudeo: ego exercitusq[ue] meus ualemus, iiii, calendas iunias me in prouīciam recepi: ubi mihi nunciatum fuit capuam ad cartaginenses defecisse: erat ibi Haymo cum firmissimo præsidio: cum exercitu capuam petii: & locatis prope uulturnum castris tribus procul ab urbe passibus milibus. postero die omnes copias in aciem deduxi. Quam rem postq[ue] Haymo intellexit cū omni iuuentute capuana: & qui

que milibus peditum: equitumq[ue] duobus egreditur: instructis utrinque exercitibus: Torquatus qui dextrum cornu tenebat eam aciem aggreditur: cui⁹ Astrubal perfectus erat: ibiq[ue] magno temporis interuallo ab omnibus acriter: atq[ue] strenue pugnatum est: Torquatus deniq[ue] uictor extitisset nisi numidae quorum magna copia in eo exercitu erat romanos a tergo aggressi fuisset: que res ubi mihi nūciata fuit parato sub sidio: imber grandine mixtus repente exortus: ita vtruncq[ue] exercitum turbauit: vt necesse fuisset uterq[ue] nostrū ex bello discedere. Non tamē cessauit quin post eam tempestatem magnam capuani agri partem ferro ac igni uastarem. Hæc hucusq[ue] apud capuam a me gesta sunt. cætera te indies monebo. Vale.

CVRIO.S.D.TITO TITIDANO.

Amico suo. Scio cum litteris tum ex eorum uerbis qui istinc Romam se recipiunt te a Sicilia remigium soluisse: ubi adfirmas aliquos dies. P. cornelium optere morari: quem fama est cum quinquaginta nauibus longis presto aduenturum: pridie nonas ianuarias tuæ litteræ mihi redditæ fuerunt: quibus intellexi nullas te meas recepisse litteras. mediussidius id mihi admodū molestū fuit: sepi⁹ enī paucis añ diebus ad te scripsi: pfecto tāta tabellariorū negligētia accusāda ē: Cuiusnam hæc culpa? hæc igitur causa fuit? q[uod] nunq[ue]

a te respōsum habui; Quapropter nil habes quod nobis succensere possis, id enim dicere ausim neminem me unq̄ nactum fuisse quem mēarum ad te litterarum uacuum nenire sinerem. Lutio flauio multos annos usus sum admodum familiariter: ipe regium ubi plura habet negotia prope diem se recipiet. Quapropter maiorem immodum tibi cōmendo: gratissimum mihi facies si meam cōmendationem ualitaram fuisse sēfero. Vale.

LENTVLVS MAMILIO.S.

QVID & præsertim in his temporū difficultatibus agas a te scire cupio. Effice præterea post hac: ut me scribendo uincas. Scis enim te crebras a me litteras habuisse: me a te raras: Tuum igitur erit facere ut litteris inter nos colloquamur: vt nostra amicitia negligētia ob locorū interuallum minime intermissa esse videatur: Pridie nonas maias Messana discessi. Quarto autem idus iunias Neapoli me recepi paucis ante diebus ante meum discessum labeonem inueni hominē magna industria: ac singulari: & prope diuino ingenio prædictum: ac utriq; nostrum non parua familiaritate coiunctum: ab eo accepi curionem: qui africanæ classi prærata portu carthaginensi in siciliam soluisse: Postero die a quodam audiui eum in italiā omni classe traecisse: agrosq; populatos esse: ac m̄lta castella incēdisse Rursum siciliā petiisse: ibiq; confederatos socios nři

imperii infestanter infuscat. De consule nihil certi habui. Si quid interim de illo sensero faciem te q̄ primū certiorem. Tu interim da operam ut ualeas.

LENTVLVS MANILIO.S.

CVRIO postq; e carthaginensi portu primū soluit: & cum exercitu transferit in siciliā prope lilybeum castra locauit: atq; firmissimo uallo muniuit. Erat ea tēpestate clarissimus rumor multas siciliæ urbes ad carthaginēses defecisse: quod postq; ipse idem comperit falsum deduxit exercitū in italiā: ubi reperit sannites esse iruptos in agros romanos: inde prædam magnam suscepisse. Tum consul exercitum i aciem deduxit: atq; sannites præda letantes occurrit: Romani de niq; uictores fuerunt: & eo prælio quinq; milia hostium capta fuerunt: cæsaq; decem milia. Vale.

PLANCVS AVLO TORQVATO.S.

POSTQ VAM e castris discessisti nihil de te certi habui. Qvāobrē te obsecro cū quo statu respu. sit. Tū quo nā pacto istic uiuatis me ppediē cerciorē facias: ego (post tuū discessū ephesim ubi rumor erat anthio cum in asiam traecisse secū, quiuaginta milia pedatum: & triginta equitum duxisse: hæc res aliquos dies me retardare a proposito meo fecit) Quoniā iā de-

creueram cum omni exercitu galliam applicare & mis-
sis speculatoribus intellexi hostes uastauisse fere totā
maritimam ac multa castella uastasse; & demum in ra-
dice montis qui coniungit mari ionio se locasse. Qua-
propter mutato consilio ephesi aliquos dies morā tra-
ham donec aliquid a senatu discernatur. Cura vt vale-
as. Ex æpheso quarto kalendas iunias.

DRVS VS VALERIO PVBLICVLAE. S.P.

Pridie kalēdas ianuarias Furius cincenatus in puin-
ciam uenit. Qui postq̄ illic cū exercitu fuit castra uallo
muniuit: atq̄ fossa circundedit. Expectabat enī astru-
balem: quem rumor erat cum magno exercitu quarto
nonas decembris a portu carthaginensi soluisse: atq̄
tercio idus nouembris in solum hispanense traieciisse
Cuius aduentu multæ ciuitates ad eum defecere: mul-
tas quoq̄ ui cepit: Quarum agros partim ferro: par-
tim igne uastauit: Sed hoc unum te scire uolo: postq̄
intellexit consulem prouinciam petiisse (credebat enī
hispaniam omni præsidio relictam esse) ab agrorum
uastatione se retardauit. Bellum necdum gestum est: si
aliquid nobis quod dignum sentiam eueniet ut ad te
scribam: pfecto te monebo. Tu interea cura ut ualeas.

AGRIPPA. S.P. PISONI.

Maturius ad te scripsisse nisi essem rcbus familiari-

bus impeditus: tēporis spatiū non adhibebatur: itaq̄
si aliquando aliquid otii mihi atribuebatur: cui meas
litteras confiderem minime habebam. Quapropter
te obsecro si ante hac yt desiderabas meas non habui-
sti litteras hanc mihi ueniam cōtribues. Et si post hac
sæpe ad te nō scribā meis occupationibus attribuito
& si meis ingentibus occupationibus anteponere de-
buisssem: sed de his satis hactenus milo homo mode-
stissimus: mihiq̄ admodum beniuolus ad te ueniet:
hic tua in prouincia multa habet negotia: quapropter
ita ipsum tibi commendo vt magis minus cōmenda-
re possem: gratissimum mihi facies si intelliget meam
cōmendationem apud te non esse vulgarem. Vale.

CATVLVS. S.D. BIBVLO.

Quod scribis recte intelligo: res quas iubes partī con-
fecte sunt: partim confidentur: Curius per id tempo-
ris romæ non est: verum meas ad ipsum litteras dedi
quibus demetrio ex tuo nomine diligentissime gra-
tias egi: maturius enim cum classe in sardiniam traie-
cissem: sed per hosce dies lucium fusium expectauit: a
quo ex S.C. quadraginta naues: duasq̄ lōgas quibus
cōmeatus transferetur accepi: pridie kalēdas decēbris
arbitror hīc soluere: nec adhuc certū est an in siciliam
traiitiā vbi fama est syriacus ad carthaginēses defe-
cisse an in italiā quo Astrubalē cum multis numidiis
venisse audio. Vale.

CATO.S.D.BRVTO

MATVRIVS ad te scripsisse: sed tanto dolore hi
scē diebus adfectus fui: vt mei pene oblitus sim. Vi-
deo enim nostram rem. pu. ad euersionem ruere: quæ
semper incolumis: rerumq; magnarum: atq; imperii
summa fuit: & vt mater optima omnes alias ciuitates
fouit atq; aluit: maiores nostri noctu: inrerdīq; cōsi-
lio: atq; sapientia; armis deinceps & auxiliatum esse
semper conati fuerunt. At nunc serio contra faciunt:
quando enim apud nostros patres usitatum fuit: ut
illi: qui in magistratu sunt: quibus res. pu. se gubernā-
dam prebuit: vt consilio atq; ope ei auxiliarentur nil
agant nil ue cogitent: quā ut uirgines capere possint
quociens per hosce dies id agitatum fuit: ut his: qui
tragedias describunt tanq; equus: qui cum ad calcem
esset venturus langore media via concidit. Ita & ego
huiusmodi atrocitate medio spacio desistam. Dolor
enim immensus: atq; lachrimæ me in his rebus non
longiorem esse sinunt. Vale.

ANTONIVS FVLVIAE.S.

Perspicuum mihi admodum est te mei desiderio tene-
ri: idem de te mihi accidit. Rediisse in italiā uerū
hvemis asparrima me retardauit: quæ non tam presto
partorum bello conficere definit: accidit ad hoc q; iā

duos menses ualitudine adfectus fui: sed vt de omni-
bus te moneam: legiones omnes unum in locum de-
duxī: & decreui in galliam iter facere: ubi postq; alia ne-
gocia confecero spero propediē in italiā uenire tecq;
romæ uidere: quid enim mihi longius uideri potest
te ut videā atq; meis in amplexibus teneam? Vale.

MARCELLVS.S.D.BRVTO.

Cum hinc discessisti memini te pollicitū fuisse ad me
sæpius scribere: curaturum res quas mihi promisisti
propediem mittere: nihil harum rerum iam consecut⁹
sum: quapropter te obsecro: ut quæ huiusc rei causa
est me cerciorem facias: quam rem si facies mihi erit
gratissimum: seiunge te quæso ab illis cum quibus te
non tuum: sed ipsorum uincula coniunixerunt. Hæc
impulsus beniuolentia scribo: que te in optimam par-
tem capere arbitror: a te peto ut tuæ dignitati opitule-
ris: quod consequi poteris: si tuum iuditium quod
ante de re. pu. illorum: qui eam funditus euertere co-
nati sunt. Heri brundisium ueni: cras ad te fortasse:
sed cum certum sciam te cerciorem faciam: & si mar-
cus caperius cum mihi in filuam gallinariam obuiam
uenisset: quæsi semq; quid ageres: dixit te in lecto es-
se quod ex pedibus laborares. Tuli scilicet id moleste
ut debui: sed tamen institui ad te uenire: ut te uideam
ac tecum concœnaré. Expecta igitur hospitem: cum

minime edacem tū inimicū cænis suptuosis. Vale.

METIVS.S.D.TIRONI.

Tibi sæpius petenti vt aliquid ad te noui scriberē: hisce quidem temporibus tibi morē gerere institui: mihiq; uisa est res præsertim ac tempestate digna: vt ad te scriberem: quidnam hisce temporibus ab aulo cornelio tribuno plebis militum gestum fuerit: fidenæ igitur ad laertem tolamium ueiētium regem defecere: cuius iussu legati romani causam huius noui querentes a fidenatibus interēpti fuerūt: quibus rebus atrox dimicatio consecuta est: Veientes enim romanorum potentiam formidantes sibi quoq; faliscos adiunxerunt, deductis igitur utriq; copiis in aciem: nulla parte legiones etruſce sustinere impetus romanorū equites resistebant: Equitum longe fortissimus ipe rex ab omni parte effuse sequentibus romanis obequitans trahebat certamē. Erat tamen inter equites coſſus eximia corporis pulcritudine animoq; viribus par: membrisq; gñis. is cum ad impetum tolamii quacūq; parte se obtulisset: intellexisset trepidantes romanorum turmas insignemq; cum regio hahitu uociferante tota acie cognouisset: Hiccine est inquit raptor humani fœderis? violatorq; gétiū iuris? iam ego uictimā (si modo sanctitatis quicq; in terris esse dii volunt:) legatorum manibus dabo: calcaribus subditis infesta

cuspide in imum fertur hostem: quē cum vulneratum ex equo deiecisset ad surgentemq; ibi regem: umbone resupinat: & petitum sæpius cuspide in terram confixit: Tum exāgui detracta spolia: caputq; abſcissum & uictor spicula gerens terrore cæſi regis hostes fundit omnibus locis re bene gesta predictat. Senatus. C. ius suq; populi triumphans in urbem rediit longe magis triumphi spectaculum fuit. Cossus opima spolia iterfecti regis gerens in eū milites carmina incōdita equātes eum romulo canebant. Spolia deinceps ioui ferre trio sollēni dedicatione dono fixit. Hæc sūt: quæ per hosce dies a romanis gesta sunt: quæ si breuiter enarrati tributo negotiis familiaribus. Quæ aut nullū: aut parum ocium impertiunt. Vale.

DOLOBELLA.S.D.LENTVLO.

Tuas accepi litteras: quibus intelligo te nullam curam nullam cogitationem habere: nisi quemadmodū res puericolumis sit. hæc mihi res q; gratissima fuit: Quāq; nullam de te opinionem habui: nisi te ea uelle quæ nostræ ciuitati emolumentum: atq; commodum deferrent: Sed uideor nos ad ea tempora uenisse: quibus improbis præmium: Bonis uero supplicium datur. Qd cū ita sit quæ res pu. pacata esse pōt? quæ libera? quæ trāquilla? sed sapiētis ē tépori cedere idest necessi
b i

tati parere: Et si im probi per id temporis hāc rem publicam occupauerint: Di placidi fortasse uolent quan doq̄ aliquod scelus de nobis supplitium sumi: huiusmodi rebus finem dare uoluerunt: Serua te igitur ad res præstantiores: & præstanti animo esto: Erit enim tempus (crede mihi) quo nostra erga te rem pu. beneficia per aliquod tempus interiecta tute exequi poterimus. Vale.

PANSA.S.D.DOLOBELLAE.

Quid per senatum decretū sit litteris: quas ad te paucis ante diebus demetrio dedi te cerciorem feci: scribis me rem tibi gratissimam facturum: si in quo statu res pu. esset te monerem: nihil noui ad hāc usq; tempora accidit: Nisi q̄ lentulus in anno imperator prorogatus est: Et ualerio ex. S.C. Gallia sortita est: qui accep to a cornelio exercitu q̄primum se recipiet: his superioribus diebus rumor fuit lelium cum exercitu in macedoniam traieisse. Et nauigium a Tarentino portu in sardiniam soluisse: ubi foelicissime prætor existet. Apud nos inter iuris prudentes ingēs gloria: atq; no men extat: Vir bonus est: & iurisconsultissimus. Nihil aliud est quod ad meas aures peruerterit. Vale.

LVTIVS FVLVIV SSALVTEM D.CVRIONI.

Quid in his temporum difficultatibus agas a te scire cupio: præsertim q̄ in illa loca iam deuenimus: ubi satius est solus esse: q̄ istac hominum in litteratorū frequentia: uelut sanctius dicam in horum stultorum cōcione uersari: Sed te non dubito cum tui animi constantiam nouerim hanc rem æquo animo ferre: consideransq; nullum uirtutum habere locum: etiam si ea: quæ difficillima sunt attoleretur. Quonam enim pacto ipsa cognoscerent? Et si flagiosi locū in rem pu. habeant: nec ea consilio neq; bonorum sapientia regi potest: cum id sine nostra culpa deuenerit non tāto ad fici debemus dolore: q̄ adficeremur si huius rei causa ipsi fuisset: Paucis ante diebus alteras Tabellario dedi litteras. Atq; illarum si responsum dare uolueris isti idem dare poteris: qui dicit se propediem ad nos redire. Vale.

DOLOBELLA.S.D.VALERIO.

Binas abs te litteras habui. quas mihi philippus liber tus tuus detulit: alteras tabellarius: ambæ mihi gratissimæ fuere: sed maxime illæ: quas nuperrime misisti: Eo enim dolore leuauerunt quo ob nostram rem publicā deficiebar: quæ quæadmodū se habet minime ignarus es: vt incolmis esset omne periculū neglexi: in illis quoq; cohortationibus te uerum philippum cognosco quāq; semper hanc opinionem habui te omni

b ii

uirtute; honestateq; præditum: tamen illæ litteræ magis hanc rem perspicuam ostendere. Gaude in rem publicam uirum aliquem remansisse: Qui cum tempus attigisset eam consilio: prudentia: constantia: atq; sapientia regere: ac gubernare sciret. sed de his in alio loco copiosius. Tu interea cura ut ualeas.

MARCELLVS GRACCO.S.

Quid alii agant ignoro: de me aliquo modo iudicare possum nunq; leticia adfici: nisi cum rem pu. i optimo statu esse itelligo. Quapropter te cerciorem reddo me etiam meæ uitæ salutem ei non præponere. Noli igit mirari si apud senatum petitionem dedi quod hostis patriæ uindicatus sis. Etenim quonam modo ille utilis ciuis appellari potest qui spōte & consulte bellum suæ patriæ infert. Quid aliud est ciuitati bellum indicere: q; in eam seditionem: & factionem parare? Est ne is colendus? Quot ciues clarissimi per te sunt interēpti gracce: quod tibi minime voluerunt? Qui ut te patriæ commendares eam tributis uexare nō dubitabas quoniam de hoc scelere de te supplitiū minime sumptum fuit: Alacrius nostræ rei pu. inferendæ calamitatis per id tempotis nō retardabas. Quapropter si rei pu. malefacere non sinas nunq; sistam cogitare: finge re: iuenire: atq; agere: nisi quemadmodum opera mea non solum bona sed uitam perdas. Vale.

LEPTA.S.D.CORNELIO.

In alteris litteris quas ad te nudius tercins scripsi multa te monui: multaq; monituru politus fui: rumor enim licet sine auctore tunc erat nostros hostes cū magno exercitu in calabriam traiecssisse: atq; illinc discessisse campos neapolitanos primum depopulatos esse: deinde nolanum finem transgressos. Hec omnia vera comperimus paucis ante dieb' Amilcar magna uiaggeribus uineisq; canusium expugnabat: erat atq; muris arietem admoturis: sed eum ab incepto desistere coegerit inopinatus subitusq; terentii aduētus: Ac cedit ad id quoq; loci iniquitas ubi ciuitas posita erat. illic igitur discessit: uerum non absq; oppidorum calamitate ferro enim igniq; oēs agros uastauit: Quam obrem caritate primum annonæ: deinde illo anno excalescente pestilencia adfecti fuerunt. Terentius sergius ea tempestate questor cum una acie cōfestissima aduersus hostes misit. Qui postq; animaduerterunt omnes fere in fugam cōuersi sunt: cum illis qui remaserunt ceptum prælium fuit: quo hostium tria milia capta fuerunt: duo milia cæsa: capta quoq; uiginti signa militaria.

Vale.

RVTILIVS.S.D.NVMIDIO.

b iii



Potes ne & quo animo pati ut nihil ad me scribas? si quotiens meas ad te litteras do: Tu nec uis: nec ipsis responsum agere potes? at inter tot meas ad te litteras unas ex tuis saltem mihi uidere liceat: Quā mihi gratum fuisset. Si a te non ab alio sciuissim quintum ab hostibus conflictum fuisse: hanc rem tu recte scis qui illi prælio uero solum adfuisti: sed etiam prefuisti: sed rumor non uarie quo nam modo res se habuerint: uerum magis adfirmant consulem copias ab ibernis deductas prope vulturnum collocasse: ubi hostiū castra erant non nimis procul a capua: Pugnam inter bubulatores ortam fuisse: quibus cum utrinq; subueniebatur paulatim copiæ omnes in aciem deductæ fuerunt prælio deinde ob genus pugnæ omnes romai fusi fuerunt: atq; in castra impulsi. Hæc mihi res admodum molesta fuit: sed si fortunæ sic placitum est id præstanti animo feramus. Vale.

VELLIVS.S.D.TITIO.

Breuitas tuarum litterarum me quoq; in scribendo breuiorem facit. Et uere ut dicam nō satis quod scribam occurrit: nostras enim res ad te perferri certe scio: tuas autem ignoramus, nam quemadmodū asia clausa sit nil perfertur ad nos præter rumores de oppresso dolorbella: satis illos quidem constantes: sed adhuc sine auctore: nos dum confectum bellum putaremus repē

te a lentulo tuo in solicitudinem deducti sumus: itaq; tibi persuade maximā rei pu. spem in te: & in tuis copiis esse: firmos animo exercitus habemus: tamen ut omnia prospera procedat: multum interest te uenire: parua enim spes rei pu. nā nulla libet dicere: sed quæ cūq; est ea se despódetur in anno tui cōsulatus. Vale.

LVTIVS.S.D.SEMPRONIO.

Quotidie multi ad nos ferunt te miseriis cōmunitibus magno dolore affectum esse: qua de re minime admirari finit: intelligo quoq; te tristitia affectū esse. Egregie tamen fere te sapientia præditum quasi singularem tuum animum non reuocare: & res istas humanas caducas arbitrari: in his nullam esse stabilitatem. Quid fructus nobis attulit: ut a nostra ineunte ætate in studiis uersatos esse. Si ab illis tellis: quibus fortuna hauriri solet adhuc nec adio exercitati sum: ut tueri possim: at dehisce satis: quā primum enim te uidere spero: tūc te uerissimas rationes ostendā quibus prostratus surgere possis. Tu interea cura ut ualeas.

DOMITIVS.S.D.GALBANO.

Ex tuis litteris: quas mihi tiro homo suauissimus reddidit intellexi te ex macedonia discessisse. Ante hac ad te minus scripsi: quo nam in loco fueris incertus fui:

b ivi

quod si sciuissim nec ad te scripsisse non paruā cul-
pam me cōmisissē putarem: tanta est magnitudo tu-
orum erga me benificiorum: ut si minimum præteri-
rem id non sine magna culpa fieri posse iudicarē: sunt
igitur plurimæ causæ: quæ ad tot: tantaq; beneficia
tuenda me incendunt: primum amicicia qua cū tuo
patre uiro præclarissimo deuinctus fui: tum & tua a
puericia obseruantia. Deinceps tua singularis erga me
atq; mutua beniuolentia. Sed tui erga rem publicam
animi declaratio tantam mihi iucunditatem attulit:
ut ea uix uerbis exprimere possim. Hortaris me ad
eam defendendam non solum ut amicissimum uerū
etiam ut utilem ciuem. Persuade tibi nihil mihi cari-
us esse & ex nullis uerbis humanis tantus fructus nec
tanta gloria capi posse nec arbitror quempiam nihil
ex omni re præclarus: nec præstabilius adipisci: qd de
re publica bene mereri.

Vale.

GRACVS.S.D.PORCINNAE.

Heri tuas accepi litteras: quibus intellexi quot Vati-
nius uirtutibus ornatus sit. ah quid perditus dixi: in
ea enim nocte cui dies illuxit quo tunc mihi litteræ
redditæ fuerunt improborum inuidia arbitror ex hac
uita discessisse. Bibulus namq; in nostra ciuitate fa-
ctionum potentissimus quādo legem promulgauit
qua totam fere Tusciā egenis diuidebat nullum qui

contradiceret præter uatinium repperit. quāobrē ira
incitatus a subselliis eum in carcerem deduxit: nec ob
hoc uatinius ex suo proposito sentēciam remouit: im-
momagna constantia interambulandum dicebat nul-
lo pacto illos ferendos esse: qui hoc modo rem publi-
cam euerterunt: id ab illis qui romam iter faciunt ac-
cepī: nihil tamen certi de huius uita habui. Vereor ta-
men Bibuli crudelitatem: per id temporis aliud scribe
re nequeo: Tātus enim est dolor quem ex hac re capio
q; me longiorem esse haud sinit. Vale.

TIBERIVS.S.D.CVRIONI.

Nescio unde id proficiscatur quod indies animus ad
res magnas arduasq; me impellit: quapropter prope-
diem spero audies pulcherrimum facinus a me factū
fuisse: Nec quid erit tibi aperire mihi certū est: Verū
id tibi nunc satis sit: qd admodum mihi molestum est
fusium in honore mihi præpositum fuisse: Scis tu qd
homo homini præstet: sed unde id arbitrare profici-
nisi qd res pu. in quorundam manus deuenit: qui ni-
hil quod iustum atq; æquum sit faciunt: sed ad eorū
appetitū omnia ministrant: quapropter fit: ut hono-
res magistratus dignitati personæ minime tribuunt
quæ maior pestis nfe ciuitati dari potest: de hoc suffi-
ciat. Vale.

AVRELIUS.S.D.SVLPIPIO.

b v

Fabius tercio nonas aprilis hac iter faciens tuas mihi reddidit l̄fas: quibus nihil ea tépestate grati⁹ mihi dari potuisset, me enim cerciorē facis: primo tibi in annum prorogatum imperium fuisse: vt in macedoniā bellum transferatur: nunc perspicue uideo deos īmortales nobis propicios esse: cum sic decretum fuerit: vt tanto bello perfectus sis: quem non dubito ita inde uictoriā reportaturum: quemadmodum e carthaginensibus ex aphrica scipio: Tu i isto bello te romanū esse ostende: quāq̄ harum exhortationū tibi opus nō esse arbitror: cuius iam diu rem militarem: industriā uirtutem: fœlicitatemq; noui: cura vt ualeas.

SVLPITIVS.S.D.AVRELIO.

Rogationem de bello macedonico ab omnibus centuriis in primis comitiis antiquatam esse haud ignarus es: Nunc uero iam fessi: cum diuturnitate: tū belli grauitate sponte egimus: vt p̄r̄esto tantum bellum aduersum philippū: atq; macedones suscipiatur: vt illic potius q̄ in italiā bellum habeatur, urbes hostiū: atq; agri ferro uastentur: non inscii fuitus quantum nostra arma foris potentiora: atq; fœlitiora: q̄ domi sint: & si nunq̄ alias: at in bello africano id experti fui mus. q̄ si in italiā Hanibalē non recepissemus nūq̄ classes atq; nostros exercitus amisissimus Nec nostra res p̄t, tatis incommodis: atq; calamitatibus adfecta

fuerit: angustia temporis facit: vt non lōgior sim. Ali as ad te longiorem epistolam dabo. Vale.

CORNELIVS.S.D.TORQVATO.

His superioribus diebus quintius uir singulari fide: atq; integritate romam uenit: is tuas litteras attulit: quas ad senatum scribis pridie nonas februarias fure ab eo diligenter redditæ: pridie in senatu recitatæ sunt: ubi magnus summorum hominum concursus fuit: incredibilis omnium litteratissimorum frequen̄tia: magna illæ litteræ omnes lætitia adfecere: sed maxima senatum: & (ut queo cōiecturare) te magnū ex eo iudicio fructum consequi debere arbitror: quod tunc de te senatus fecit: q̄ obrem cum dii eam mentem id consilium fortunam: atq; fœlicitatem in negotiis publicis: priuatisq; dedere: vt omnes adfirmant te diuino consilio ob hoc natum esse: vt bella non solum præsētia: sed futura deleas: te talem prebe: vt cum omnia tibi suppeditata sint: p iure tibi nō deficias. Vale.

LEPTA.S.D.VARRONI.

Quod me mones: non nihil dubium erat ut scribis: ita id esse iam dudum intellexi te in tantis patrocinii consuetudinem seruare: & erga me beniuolentia adfici quantum ad te attinet optime defensus sum: sed p-

fidia atq; iiquitas flagiosorū ut iuoluit qđ optabat
consecuta est: Nulla tua a me negligentia accusāda est
redirem romam quemadmodum me litteris horta-
ris: sed video id nō sine meo periculo fieri posse: quo
tidie enim mihi uidetur ut tergo uirgæ: atq; ceruici se
curis immineat: utilius enim mihi uisū est ut aliquot
dies morer: ita igitur decreui. Commendo tibi uxore
liberos negotia atq; totam familiam. Vale.

VARRO.S.D.LEPTE.

In quo periculo nostra salus posita fuerit arbitror te
ab illis: qui isthac iter faciūt sciuisse. Út enim obstarē
ilis: qui nostras domos: ac patriam: & diripere: & in-
flammare minabātur: sed recte sese in præsentia res ha-
bet: q; iuuantibus diis nostro consilio illorum flagi-
ciosorum furor ita restictus est: vt nullam qđē furoris
scintillam reperies: hæc recte tépora deplorare possu-
mus in quibus homines pro re pu. pericula atq; sudo-
res: usq; ad mortem despiciunt: & sæpe nostri maio-
res factitabant: sed contra eam a nostris patribus be-
ne institutam nobis relictam euertere conantur: quid
nam in hac re faciendum est: nisi q; fortuna nobis ad-
fert æquo animo id ferre: sed id unum institui pro ui-
nibus eos persequi: qui ita se parant: vt rem pu. perdi-
tam q; incolumem malint. Vale.

VATINIUS.S.D.CVRTIO.

Gratissimum mihi esset: si ante tuis litteris tuam sen-
tentiam in mea causa sciuisse: quēadmodum postea
ab illis: qui a te romam se recipiunt: non idcirco desti-
ti quicquid opus fuerit in mea defensione nō fecerim
idq; cum maxima animi fortitudine: quanq; multos
inuidos: paucosq; beniuolos habuerim: quam rem in
præsentia noui: sed in tot laboribus id meactū fuis-
se uideor: q; ex maiori parte cognosco: quis erga me
beniuolentia: quis ue odio adficiat: q; antea minime
quibam: nemo enim qui erga me odio: atq; similitate
adficiebatur sperauit: sed eo tempore quo me in ma-
ximo periculo positum esse uiderunt: sed reuertamur
unde oratio digressa est: uolo te certiorem fieri: qui
cum causam honestam habuerim omnes aduersarios
refelli & in hac re maiorē uim mea innocētia habuit q;
iniquitas: atq; flagitorum perfidia, cura ut ualeas.

VILLIVS.S.D.LENTVLO.

Si recte isthic agit summopere gaudeo: hic p aliquos
dies adfectus sum laboribus: ratione enim postq; agē
da cōfecta sunt omnia: macedonia traeci: quæ puincia
ex. S.C. mihi decreta fuit: ubi tam atrocem militū fe-
ditionem repperi: q; uix a me magnopere sedata: atq;
repressa fuit: quanq; hi milites attulerūt: qui post Ha-

nibalem uictum ex aphrica primum in siciliam tum
anno fere post in Macedoniam pro uoluntariis tras-
portati fuerunt: hi negabant illam militiam eorum cū
uoluntate facere recusantes enim in nauibus a tribu-
nis positi fuerunt: uerum dicebant aut inuita: aut in
suscepta militia eam iam exhaustam fuisse: æquumq;
esse aliquam iam militandi finem fieri: multis annis
dicebant se italiā nō uidisse: iam in armis senuisse:
& cōfectos esse in sicilia: aphrica: & macedonia exan-
guescentes opera: labore: tot uulneribus captos esse:
his malis illud remedium adhibui quod spero: cū ho-
nore: tū emolumento rei pu:fore. Vale.

LENTVLVS.S.D.VILLIO.

Quod scripsi intellexi: si quid laboris cōpisti: est il-
lud mihi molestum: gaudeo te eum modum: atq; ra-
tionem suscepisse: quæ aliqd emolumenti rei pu. no-
stræ allatura sit Nunq; mihi dubiū fuit qāntū in huius
modi rebus ualeas: noui enim tuam industriam: no-
ui naturam: noui ingeniu. Rumor fere quotidie est:
res nostraſ iſthic bene succedere: quod aliud te in ma-
cedoniā exercitum duxisse: hostiū agros ferro: igniq;
uestatos esse: te castra tria fere passuū milia a regno lo-
cauiſſe exercitum regium extra uallum pedem non ad
ferre: prælium paucis ante diebus susceptū fuisse: in
quo decem hostiū milia fuerunt: duo milia capta: tria

milia vulnerata: capta etiam septem & sexaginta milia
signa: ob hoc tota ciuitas lætitia adficit: nec iniuria:
ante enim experti fuimus q̄tum damni atq; calamita-
tis attulit hostes nos in italiā recepisse. Vale.

PROGNA.S.D.GRACCO.

Cur totiens tuis litteris me prouocas ut tibi Numan-
tii uirtutē aperiam? nō tibi satis signi esse debebat me
uerbis suam uitā explicate nō posse: q̄ quotiens meas
ad te litteras misi nullam aut paruam tuis métionem
feci: utinam in me dicendi tanta facultas esset: ut suis
moribus meam orationem equiparare possem: sed ut
aliqua ex parte tibi morem geram: quandā rem adeo
præstantissimam iam cogitatione percepi: q̄ maxi-
mam gratiam apud milites est adsecutus: una enim
laborabat: & uictu: & incessu: uestitu militari potius
q̄ imperiali utebatur: atq; hac ratione summā erga se
exercitus beniuolentiam concitauit. Præterea milites
sibi pares efficere contendebat: idq; non eos timore
adficiendo: sed uerbis rectisq; rationibus castigando:
difficile dictu est an sua disciplina ipsi humaniores:
aut iustiores: aut fortiores affecti fuerunt: quid mul-
tis moror? tanta fuit eius industria: ut eos feroceſ ad
uersuſ hostes: & humanos ergo socios timidos ad in-
iuriam inferendam reddidit. Hæc sunt quæ de numā
tio subcincte dicere potui: si plura desideras ab illis ex-



pete qui ingenio magis ualent: & uirtute. Vale.

CALPVRNIVS.S.D.TVLINIO.

Si mihi tecum non multæ: & iustæ causæ priuatim fuissent: initia repeterem ex nostris parentibus: quod ab his faciendum existimo: qui paternam amiciciam nullis officiis persecuti sunt: itaq; cōtentus ero nostra in ipsorum amicicia cuius fidutia peto a te: ut me absentem in quibuscumq; opus erit tueare: si nullum tuum officium apud me intermori existimas. Vale.

M.C.SALVTEM.D.TITIO FABIO.

Et si egomet: qui te consalari cupio consolandus sim ipse: quoniam nullam rem grauius iam diu tuli: q; tuū incōmodum, quapropter te magnopere non hortor solum: sed iam pro nostro amore rogo: atq; oro: te intelligas uirumq; te prebe. & qua conditione homines omnes: & quibus temporibus nati sumus cogita Plus tibi uirtus dedit: q; fortuna sustulit. Propterea quod adeptus es: quod non multos homines noui. Illas res amisisti: quas plurimi uiri nobilissimi. Vale.

LENTVLVS.S.D.BITINIO.

X. kalendas iunias basiliū hominem mihi amicissi

mum atq; in te non paruo amore adfectum ephesi cōueni. Cum autem multa uerba fecissemus: questiq; fuimus q; in ea tempora incidimus: quibus malis nullū quidem supplitium: bonis uero nulla præmia erant: & dicendi ratio: summumq; eloquentiæ studium a ciuitatibus ita penitus exactum erat: vt si quis recte: atq; honeste ab impuris uexaretur: quis eum in foro defenderet: haberet minime: At si qua res ardua apud patres accidisset: quid rei pu. utilius esset consuleret nemō reperiretur. Oratio autem nostra ad te demū redit: quāq; Bitini mi ab ineunte nostra puericia te nouerim: tamen locorum interuallo raro tuam consuetudinem habui. omnia uero ad te gesta haud quāq; scio. Sunt autem ut tunc basilius dixit præclara: & fere inaudita. Nam ut alia omissa faciamus quo cōsilio quo animi robore mutium albinum prouinciam tuam oculum iterfecisti? Quæ autē caritas illa fuit quoniā capitis periculum subire tunc minime dubitasti? cum a te certatum fuerit contra. lx. milia in tarentino solo: multa præterea fuerunt a te gesta multo præclara: Sed redeo ad basiliū: ab eo enim sciui hæc omia admiratio adfectus fui: cum domi apud se librum quemdā de tuenda re familiari a te scriptū uidi: quem mihi ille legendū dederat: sciebam illum abs te scriptum uerū ne tāta qdē uenustate aut tanto uerborū ornatū: tātaq; sententiarū copia atq; dicendi ubertate: superast perfecto opinionē meā: res enī est emēdata & luculenta

Quapropter cum intelligam te tatis & tot præclarissi
mis rebus præditum ueheméter gaudeo; & animi ma
ximam capio uoluptatem. Vale.

CONSVLES ROMANI.S.
D.PYRRHO REGI.

Nos pro tuis iniuriis continuo animo commoti ini
miciter tecum bellare studemus: sed communis exem
pli & fidei gratia uifum est; vt te saluū uelimus: vt es=
set quem armis uincere possemus. Ad nos uenit miti
as familiaris tuus: qui sibi a nobis pecuniam peteret: si
te clam interfecisset. id nos negauimus facere ne ob eā
rem commodi quicq̄ expectaret: & simul uifum est vt
te cerciorem faceremus: ne qd eius in isto si accidisset
nostro consilio ciuitates putarent factum: Et qd nos
bis non placet prece: aut præmio: aut dolis pugnare.
Tu nisi caueas iacebis. Vale.

Epistolæ illustrium romanorum: impressæ
in ciuitate Burgensi per magistrum Federi
cum Basiliensem. Anno nostræ salutis .M.
cccc.xciij.die uero.xvi.mēsis augusti.

17

